Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



28

communis cum angelis. et ut nos cum utrisq; qui nobiscum felici gaudio consortium tribuat angelorum. et faciat socios nos patriarcharum innumero copiae prophetarum. in exultatione socios faciat apostolorum.
Et quia apls ait: timor non est in caritate. s; perfecta caritas foras mittit timorem. et quia timor penam habet. et qui timet non est perfectus in caritate. necesse est. duos discrete et diligenter intelligamus timores. Duo igitur sunt timores. unus quo timent homines deum ne mittantur in gehennam. ipse est timor ille qui introducit caritatem. s; sic venit ut exeat. Si enim adhuc times deum propter penas. non dum amas quem sic times. Non bona desideras. s; mala caues. s; ecce quod mala caues corrigis te. et incipis bona desiderare. Cum bona desiderare ceperis erit iste timor sanctus. ille scilicet ne ipsa bona amittas. non emittaris in gehennam s; ne te deserat presentia domini. quem amplecteris. quo aeterno frui desideras. ITEM DE TIMORE.

FRATER QUIDAM INTERROGAVIT SENEM dicens. Quomodo venit timor domini in animam. Et dixit senex. Si habet homo humilitatem. et paupertatem. et ut non iudicet alterum. sic venit in eum timor domini. Dixit senex. Timor et humilitas et egestas victualium. et planctus maneant in te. Dicebat quidam senium quicquid odio habes alii ne facias. Si odis qui tibi male loquitur. neq; tu male loquaris de aliquo. Si odio habes qui tibi calumniam facit. neq; tu calumniam facias alicui. Si odio habes qui te contemptum ducit aut murmurat appetit. nihil tu horum facias cuiquam. Qui ergo verbum istud custodire potest. sufficit ei ad salutem. Dixit senex. Vita monachi hec est. Operatio obedientia. meditatio. et ut non iudicet. non obloquatur. non murmuret. Scriptum est enim. Qui diligitis dnm. odite malum. Monachi vita hec est. non ingredi cum iniustis. neq; videre oculis suis mala. neq; curiose agere. neq; audire aliena neq; rapere. s; magis tribuere. neq; superbire corde. neq; cogitatione maligna ri. neq; ventrem implere. s; cum discretione omnia agere. Ecce in his est monachus. Dixit abbas iacob. Quia sicut lucerna obscuri cubiculum illuminat. ita timor domini si venerit in cor hominis illuminat eum. et docet omnis iustitiae. et mandata di. Interrogaverunt quidam patrum abbatem macharium dicentes. Quomodo sic et quando manducas et quando ieunas corpus tuum sic siccum est. Et dixit senex. Sicut lignum in ma-nu hominis cum quo frutices ingne-